

- 15 *eam, que pro ipso est præsumptionem.*
- 15 Mortuum in carceribus lex præsumit culpa custodis obijisse.
- 16 Carcerato fugiente ex carceribus contra custodem præsumitur.
- 17 Officialis videns testem vacillare, illud in actis describi mandabit.
- 18 Officialis imponens pœnam insolitam, & contra officij naturã, contra se habet præsumptiones.
- 19 Officialis semel ab iniuste agens, præsumitur illud quacun que via tueri velle.
- 20 Officialibus non nisi de pertinentibus ad officium eorum creditur.
- 21 Officialis effectus diues, præsumitur ditatus ex rebz fisci ministris.
- 22 Officiali tempore syndicatus fugiente, contra ipsum præsumitur.

P R A E S V M P T. LXXXV.

Hic quoque annectã præsumptionẽ illam, qua dicimus præsumi p. his, qui aliqd officij admistrãt. Est .n. pro illis psumptio, adeo vt si quid negligẽtũ reperitur præsumptio est id culpa partis, non aut officialis contigisse. l. 1. C. de suscepro. & Arca. li. 1. o. quo tex. adductus Bar. in l. damo. §. Sabini. nu. 8. in fi. ff. de damno in factõ. scripsit, qd licet testes iurauerint in termino, si tamẽ examinati non fuerint, præsumitur culpa partis non fuisse examinatos, non autem iudicis. Et traditionem hanc ad rem nostram commendauit Alc. in tract. de præsumptionibus reg. 3. præf. 15. n. 1. Et his accedit Bal. in l. 2. C. qui accus. non possunt, cum dixit, quod officialis non præsumitur in culpa, vbi priuatus presumeretur. Idem Bal. in cons. 178. Præsupposito statuto, in prin. lib. 1. respondit, in i. inquisitore non præsumi dolum, licet rei inquisiti fuerint absoluti. Nam officij necessitas eum excusat. Et idem Bal. in cons. 494. sciendum est, quod. col. vltim. verfic. de tertia inquisitione. lib. 1. respondit, qd si officialis rem a fure subtractam recipit, præsumitur id ex bona, & laudabili mente fecisse. Qua de re differemus etiam in tra. lib. 5. in præsumpt. 25. in 3. casu. Et demum idem Bal. in cõf. 45. Quia in accusatione instituta, ver. quarta ratio. lib. 1. respondit, quod ratione officij quis excusatur, nisi probetur dolus. Et Baldum secutus est Tiraq. in tract. de pœnis legum, causa 58. n. ume. 2. qui & alios recepit. Et ibidem n. 1. scriptum aliorum auctoritate reliquit, lenius puniri officiales, propterea quod officio excusantur.

Extenditur primò hæc præsumptio, vt multo magis locum habeat in officialibus p ecclesiasticis, quoru dicta factaque lex maxime interpretatur in meliore partem. cap. ablit. 1. q. 3. vbi lex præsumit pro Abbate corrigente monachum, nec monacho conceditur appellandi facultas, nisi Abbas excesserit correctionis modum. Id quod annotauit ad rem nostram Alcia. in dic. præsumpt. 1. r. num. 1.

Extenditur secundò, vt locum habeat et in officialibus fisci, pro quibus præsumitur dum pecunias fisco inferunt, vt dicantur cauisse, vt cauere debuerunt. §. super hoc. in auth. vt nulli iud. que textum ad rem hanc annotauit Alc. in d. præf. 15. nu. 1. & eo prius Lucas de Penna in l. 3. in præf. 180. C. de apochis publ. lib. 10.

Extenditur tertio, vt procedat hæc præsumptio et tempore f. syndicatus. Et si enim officialis dum syndicatur suspensus est ab officio, vt scribunt Bart. in l. ordine. §. qõnib. ff. ad munic. Paris de syndicato. in tit. de off. syndic. Rom. in cons. 297. & Gram. in cons. 10. num. 2. & 3. in criminalib. At tamen adhuc præsumptio est pro eo, de his, que in officio gessit, & ob id probationes contra eum debent esse efficaciores & validiores. Bald. in l. obseruare. §. profici. q. 10. ff. de officio Procon. & legati. Gram. in cons. 35. n. 36. & in cons. 54. num. 5. in crimin.

Bossi. in tract. caular. crimin. in tit. de offic. corrupt. pecunia. n. 14. & alia plura ad rem scripsit Plot. in l. si quando. n. 634. C. vnde vi.

Quod est annotandum ad declarationem statuti Papia: De regimine Potestatis.

Declaratur primò, vt locũ non habeat hæc præsumptio f. quoad prouidendum circa futura negocia. Nam tunc lex non præsumit pro officialibus, sed potius contra. Ita declarat Alciat. in d. præsumpt. 15. num. 2. qui ita interpretatur tex. §. nec latet nos. in auth. vt omnes obediã. iudic. vbi præsumitur, officiales f. magis deferre potentibus, quam petentibus iusticiam. Et in l. ex aula. Co. de priuil. eorum, qui in sacro pala. & in l. 1. C. de numer. lib. 12. vbi lex præsumit rapacitatem f. & furrum cõtra numerarios, id est, contra eos, qui principis rones agunt & pertractant. Et in l. neminem. Co. de suscepro. lib. 18. præsumitur f. susceptores vexare prouincias. Et in §. ad excludendas, in auth. de litig. & in auth. de exc. in princ. vbi executores f. præsumuntur fraudulentis. Hinc gl. in l. defensionis, in ver. ad v. surpatione. C. de iure fisci. lib. 10. scripsit officiales plura mala scire, & cõmittere, quã cõmittant alij. Hac rone sancitum creditur, f. interdiciũ esse gerentibus officia, & magistratus extra patriam emere pãdia, mutuo pecuniam suscipere, & alia negocia pertractare. l. principal. ff. si cert. pet. Est sanẽ secundũ las. ibi. col. 1. ver. alia melior, quia lex præsumit, & suspicatur de ipso officiali, ne metu inducat subditos ad secum contrahendum. l. si quod per impressionem. Cod. quod met. cau. & arg. l. 1. C. si rector. prouin.

Declaratur secundò, vt non procedat, quãdõ f. aliqd est factũ cõtra naturã officij. Nã tunc lex non præsumit pro officiali, sed contra eũ. Ita Alc. in d. præf. 15. n. 3. Et

pp̃ea si reperitur aliquis mortuus in carceribus, lex præsumit culpa custodis euenisse, nisi custos probet, casu illum decessisse. l. vlt. ff. de custo. reorum. Ita pariter si carceratus f. aufugit ex carceribus præsumitur contra custodem. d. l. vlt. & diserui in lib. 2. de arbitrarjz iudicium, casu 302. Huc pertinet, inquit Alci. præcitato in loco l. 1. C. de censibus, li. 1. vbi lex præsumit, quod tabularij ciuitatum, per collisionem superiorum Sarcinas ad inferiores transferant. Confert & doctrina Innocen. in 7. cap. quoniam contra. de probat. cum dixit, quod officialis videns testem vacillare, debet vacillationem illã scribi facere in actis, alioquin iudex appellationis potius præsumet eum sua imprudentia non adhibuisse fidem testibus, quam defectũ ipsorum testium. Et ad rem quoque pertinet, quod scripsit Crauet. in consil. 103. numer. 11. Cum respondit, præsumi contra officialem, qui imposuit pœnas insolitas, & contra naturã officij.

Declaratur tertio, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando alia contraria præsumptio esset contra ipsum officialem. Ita Alciat. in d. reg. 3. præsumpt. 15. in fine. qui ob id scripsit, quod si officialis f. aliquid semel iniuste egit, præsumitur quod vel it factum suum tueri quacun que via poterit, secundum Innocen. in c. 2. de arbitr. & in c. diuersis. de cler. conig. Idem si aliquid fecit cõteplatione potentioris, vel aliquid ad se non pertinens, s̃e per sit præsumptio contra eum. c. bene quidem. in fi. 96. d. dist. & respondit, non credi officialibus. f. nisi de pertinentibus ad eorum officium, & scripsi in lib. 2. de arbitr. iud. casu 112. num. 12.

Declaratur quartò, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando apparet effectus f. diues. Nã præsumitur ditatus ex reb. fisci administr. Ita gl. in l. facultas. C. de iur. fisci. lib. 10. & Barb. in cons. 39. col. pen. lib. 4.

Declaratur quintò, vt non procedat hæc præsumptio in officiali, qui tempore syndicatus recessit, & aufugit. Nam tunc contra eum præsumitur. Ita Bart. in l. cõsiliarios. C. de assesso. las. in l. n. 3. C. vt omnes iudices tam ciuiles,

ciuiles, quam crimin. & alios plures recenset Plotus, in l. si quando. num. 631. C. vnde vi. qui num. 632. subiungit declarationem, quando statim est reuertus,

Officialem electum præsumi dignum, apum, atque idoneum.

S V M M A R I V M.

- 1 Electus ad officium, præsumitur aptus dignus, & idoneus. Que tamen præsumptio admittit probationem in contrarium, vt reuertus minus idoneus possit remoueri, num. 8.
- 2 Pontifex, Episcopus, magisteratus, Doctor, peritus in arte, semper electus præsumitur idoneus. num. 3. 4. 5. & 6.
- 7 Oratores electi præsumuntur idonei, & grati principi suo.
- 9 Prelatus minus idoneus reuertus deponi debet, sic & medicus. num. 11.
- Id autem non procedit in Pontifice. num. 10.
- 12 Officium quod potius ob dignitatem, quam ob annexum onus datur, non aufertur ab eo, qui ob senium, vel morbum minus aptus redditus est.
- Aliud est in officio, quod datur ob exercitium, a quo minus idoneus ob senectutem, vel morbum remouetur. num. 13.
- 14 Officiales, qui in principis seruitijs insenuerunt, consequi ab eo ne egeant, debent.

P R A E S V M P T. LXXXVI.

Non longè discedit a præcedenti hæc præsumptio, qua dicimus præsumi pro electo ad aliquod f. officium, quod sit dignus, aptus & idoneus. Quam quidem præsumptionem multis similibus comprobauit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19.

Et primò dixit præsumi pro sanctitate, & integritate Romani f. Pontificis, quem apex tanta dignitatis attollit, c. non vos dicit. 4.

Secundò præsumitur pro f. episcopo & sacerdote, c. ablit. 1. q. 3.

Tertio præsumitur pro eo, qui ad magistratum f. fuit electus, vt in Authen. vt defuncti, seu funera eorum. in princ. & diximus supra.

Quartò præsumitur pro f. Doctore quod sit sufficiens. l. vnica. C. de profess. qui in vrbe Const. lib. 12. & in l. 1. §. ideoque. C. de Iustina. C. comp.

Quintò sic dicimus præsumi pro eo, qui alieni officio præpositus fuit, quod nec ipse fallat, nec fallatur, leg. 3. C. de pondera. & auti illa. lib. 6.

Sextò ita dicimus præsumi pro alijs f. peritis in arte, & propterea illis fides adhibetur, l. semel. C. de re milit. lib. 12. Bart. in l. 1. in princ. num. 4. ff. de ventre in spi. & in l. vlt. ff. ad l. Corneliam de fcar. Bald. in c. inter canonicas. de elect. las. in l. 1. §. vlt. ff. de verb. obligat. Ruin. in cons. 53. in fia. lib. 5. Neuz. in lib. 5. sylua nupt. nu. 69. & Socin. tan. in cons. 183. nu. 12. lib. 3. & alia scripsi in tract. de adipiscenda possessione, remedio 5. numer. 166. Diaz reg. 678. las. in repet. l. admonendi. nu. 38. 40. Pinel. in l. 2. num. 11. C. de rescind. vend. Adde quod sententia peritorum in arte electorum a iudice non transit in iudicatum, sed ex relatione peritorum potest retrahari, vt dixi in dicto remedio 5. num. 166. Adde Crement. in l. 2. num. 299. C. de rescind. vend. Ratio, quia eorum relatio est per verbum, credo. Quando verò periti fuerunt electi a partibus, eorum sententia transit in iudicatum, si debito tempore non fuit appellatum, atque ita non tetractatur ex relatione magis peritorum. Ratio, quia partes eligentes in eos consenserunt. Ita las. in d. repet. l. admonendi. num. 43. vers. ex illis ego in fero. de iure iur. & Diaz. d. reg. 678. in fine.

Septimò accedat quod electi f. oratores præsumuntur idonei, & grati principi suo. Inter claras. §. liquet. in fi.

C. de sumina Trinit. & fide cathol. & in c. illud. 8. quæst 2. Hinc docuit Abb. in c. super eo. in fin. de elect. quod si electio alicuius fuit cassata, præsumitur vitio fortunæ, non autem personæ cassata.

Cæterum, (vt dixit Alciat. in d. præsumpt. 19. num. 4.) hæc f. præsumptio admittit probationem in cõtrarium. Quare si electus ad officium vt idoneus, reperitur dein de minus aptus, & sufficiens, potest & debet remoueri. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & honor. Ita etiã Prelatus f. minus sufficiens reuertus, debet deponi, vt inquit glos. in cap. 1. in verbo, insufficientem. de renunc. 10. lib. 6. Quod tamen f. non procedit in Papa, vt ibi dicitur. Hinc etiam medicus f. insufficientis reprobarur. l. sed & reprobari. ff. de excus. tur. vbi Bal. idem de doctore legum. l. 2. C. de prof. & med. lib. 11. Bar. in l. cum quid. in fi. ff. si cert. pet. Abb. in c. in sui. de magistris. & in c. cum venerabilis. in fin. de except.

Et hæc quidem traditiones probabilem dubitationem non habent, quando a principio iur fuerit cogniti, & iudicati insufficientes, & indigni. Verum dubitatio in eo versatur, quando iam semel ab initio fuerunt idonei, & sufficientes, sed nunc non sunt, fortè ob senectutem, vel ob aliquam infirmitatem, an scilicet hoc casu ab officio remouendi sint? Alciat. in dict. præsumpt. 19. distinguit duos casus.

Primus est, quando officium f. datur potius ob dignitatem, quam ob annexum onus, vt officium episcopatus. Hoc casu, qui effectus est ob senium, vel morbum minus aptus, & idoneus, non remouetur ab eo officio, sed potius datur ei coadiutor. Ita loquitur cap. quamuis trille. 7. quæst. 1. vbi Archid. num. 4. cap. 1. de parochijs. & c. grandi. de supplenda negligen. prælatorum. in 6. & ibi Corfet. & Francus num. 5.

Secundus est casus, quando f. officium datur principaliter ob exercitium, sicuti est officium iudicis, vel aduocati. Hoc sanẽ casu effectus insufficientis & minus idoneus ob senectutem, vel aliam similem causam remoueri potest. l. si quos iudices. C. de offic. Præfati Prætori vbi Alber. & reliqui, confert l. si longius. ff. de iud. His tamen (inquit Alciatus) qui propter iustas causas remouentur, præstari debet integrum honorarium illius anni. Ita Bar. in l. 1. §. Diuus. nu. 9. ff. de varijs & extraord. actio. dum scripsit, honorarium his dari cõsueuisse, partim ob industriam, scientiam que, & partim ob laborem corporis. Et Bar. secutus est post alios Dec. in l. diẽ functo. nu. 17. ff. de offic. assess. vbi nu. 18. subdit, idem esse in interprete, cui debetur salarium totius anni, & si nõ potuit iustus de causis impeditus, vel morte præuentus interpretari. Et præterea (subiungit Alciat. in d. præsumpt. 19. in fine.) officiales f. qui ita diũ principi insenuerunt, vt in illius seruitijs insenuerint, consequi ab eo debere, ne in senectute ipsa egeant. l. Lucius. ff. de cuius. ibi, Veteranis in præmium assignatas.

Condemnatus iudicis sententia, quando præsumatur habuisse iustam litigandi causam.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia iudicis condemnatus, in dubio præsumitur habuisse causam iniustam, adeo quod in expensis condemnari debeat. num. 2.
- Ab hac tamen præsumptione receditur coniecturis contrarijs, num. 3.

P R A E S V M P T. LXXXVII.

Differendum est congruo hoc in loco, an malam, & iniustam litigandi causam habuisse eum, qui deinde fuit sententia condemnatus, præsumatur? Et dicendum est in dubio f. præsumi habuisse iniustã.

Ita gl.in auth. generaliter, C. de epif. & cler. & in c. calu-
 niam, de pen. Io. Andr. in c. i. §. vit. de elect. in 6. Cynus
 in l. i. C. de advocat. diuerf. iud. Bal. & Sal. in l. prope-
 dum, §. fin. autem alterutra, C. de iudicijs. Abbas in c. fi-
 nem litibus, num. 22. de dolo, & contumac. Didac. libro
 practiarum q. c. 27. verf. 6. condemnatio. Natta in conf.
 108. nu. 5. lib. 1. & Afinius in praxi de ordine iudiciorū,
 §. 32. tit. de expenſis, in l. limit. num. 5. & in limitat. 5. in
 fin. nu. 5. Ex quo fequitur, quod condemnari etiam de-
 bet hic ꝑ victus in expenſis: quemadmodum præcitat
 Doctores ſcripferunt. Receditur tamen a hac præſum-
 ptione alijs contrarijs cōiecturis, ꝑ & præſumptionibus,
 quibus iuſtam affuſis cauſam litigandi demonſtratur:
 quemadmodum decem cauſas, atque ita præſumptiones
 commemorat in lib. 2. de arbitr. iudicium, caſu 117. &
 aliquos proſequitur etiam Afinius in d. §. 32. in 2. limita-
 tione principali, cum multis ſubſequentibus.

*Iudicem appellatōnis, condemnando appellatē vi-
 ctum in expenſis, præſumi condemnaffe
 etiam in expenſis primæ
 inſtantie.*

- 1 Appellatōnis iudex condemnando in expenſis, præſumitur etiā
 de expenſis primæ inſtantie.
- 2 Sententia verba nunquam debent trahi ad eum ſenſum, quo iu-
 dex iniuſtitiam facere videatur.

P R A E S V M P T. LXXXVIII.

E Venit aliquando, vt iudex appellatōnis ſimpliciter
 condemnet appellatē victum in expenſis, nec
 verbum aliquod faciāt de expenſis in prima inſtantia,
 factis, & propterea ſolet dubitari, an præſumatur con-
 demnaſſe etiam in expenſis primæ inſtantie. Et præſu-
 mi ꝑ fic condemnaffe affirmat Felin. in c. ſignificau-
 runt, numer. 7. de except. quem ſecuti ſunt Marſilius in
 l. patre, vel marito, nu. 71. ff. de quæſt. & Afinius in pra-
 xi iudiciorum, §. 32. in ſeptima ampliatiōe, qui recen-
 ſent Alexandri reſponſum, quod non imprefſum hæſe-
 nus legitur. Ea ratiōe vſi ſunt, quod quādo verba ſen-
 tentie poſſunt plura, vel pauciora comprehendere, vel
 diuerſos effectus habere, non quāquam ꝑ ad eum ſenſum de-
 bent trahi, quo iudex iniuſtitiam facere videatur. At qui
 hoc caſu verba hæc condemnationis ſic ſimpliciter pro-
 lata, victum victori in expenſis cōdemnamus, ſunt apta
 comprehendere etiam expenſas primæ inſtantie, & niſi
 comprehenderent, iudex appellatōnis iniuſtitiam fa-
 ceret, quia conſtat condemnatum duabus ſententijs tem-
 perè & iniuſtè litigaſſe. Eſt ergo dicendum, iudicem vo-
 luiffe comprehendere etiam expenſas illas.

*Victum in expenſis non condemnatum, præ-
 ſumi abſolutum.*

S V M M A R I V M.

- 1 Victum expreſſè non condemnando in expenſis, præſumitur
 iudex abſolvere.

P R A E S V M P T. LXXXIX.

Q Vando iudex expreſſim non condemnat victum in
 expenſis, ꝑ cum abſoluiffe præſumitur, l. termina-
 to, C. de freſtibus, & litium expenſis, vbi Bal. Lanfran-
 cus in tract. de expenſis, nu. 12. Iafon in l. prope-
 dum, §. fin. autem alterutra, nu. 7. C. de iud. Lancellorus Cor-
 radus in tract. de prætor. in §. 3. de offic. prætor. in cau-
 ſis criminalibus, in tit. de ſententia definitiua criminali,

in 28. ampliatiōe, & Afinius in praxi iudiciorum, §. 32.
 in limit. 22.

*Quando magis pro reo, quam pro actore, & econ-
 tra præſumatur, & interpretatio
 fieri debeat?*

S V M M A R I V M.

- 1 Rei fauorabiliores potius quam actores, & pro eis in dubio præ-
 ſumptio ſumitur.
- 2 Actor ſemper poteſt, & debet venire paratus ad iudicium.
- 3 Dilatiōes longiores conceduntur reo ad defendendum, quam
 actori ad proſequendum actiōnem motam.
- 4 Rationum in conſpectu, melius eſt nocentem abſolvere, quā con-
 demnare innocentem.
- 5 Iudicis officium exuberat in abſolendo.
- 6 Index ſententia abſolvens & condemnans ſimul, potior eſt in
 ea perplexitate abſolutio.
- 7 Sententia in fauorem rei in dubio debet interpretari.
- 8 Teſtes actoris licet ſint aliquantulum digniores teſtibus rei, at-
 tamen pro reo iudicandum.
- 9 Teſtibus masculis, eſt maior fides tribuatur quam feminis, ſal-
 li tamen ſi illa teſtimonium pro reo dixerint.
- 10 Penam remittendo iudex condemnato, præſumitur etiam re-
 mittere infamiam.
- 11 Reus etiam, qui per accidens ſit actor, ſemper in dubio pro ſe
 præſumptionem habet.
- 12 Teſtes clariōres extantes pro actore quam reo, non tollunt eam
 quæ pro reo eſt, præſumptionem. Idque tam in criminalibus,
 quam civilibus, num. 13.
- 14 Præſumptio quæ pro reo eſt, tam eſt efficaciſ, vt actor temerè, &
 per calumniam mouiſſe cenſetur, ſi q; in expenſis condem-
 nandus.
- 15 Actore ſiſco, & reo conuento priuato, pro reo eſt præſumptio.
- 16 Actoris fauor in cauſa fauorabili, an præualeat fauori rei con-
 uenti.
- 17 Actori magis, quam reo in præparatorijs iudicijs fauetur.
- 18 Reo in medio cauſe non plus quam actori fauemus. Nec ei in
 cauſis civilibus maiores dantur ad probandum dilatiōes, nu.
 19. Excepti tamen ſunt aliqui caſus, num. 20. 21. & 22.
- 23 Præſumptio, quæ eſt pro reo, non procedit in foro animæ, ſi in-
 tius eſt pro eius ſalutē.
- 24 Reo plus quam actori non fauemus, quando dubium eſt ſuper iu-
 ſtitiatiōe iudicis, ſitem quando de delicto conſtat, nu. 25.
- 26 Delictum quando conſtat commiſſum eſſe, permiſſa eſt exten-
 ſio, vt reus puniatur.

P R A E S V M P T. XC.

P R O reo præſumptionem ꝑ ſumi in re dubia ſeri-
 pſit Alciatus in tract. de præſump. reg. 3. præſump-
 44. ex l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. cum dixit Caius, fa-
 uorabiliores rei potius, quā actores habentur. Et Pau-
 lus in l. inter pares, ff. de re iudic. reſpondit, inter pares
 numero iudices, ſi diſonæ ſententiæ proferantur, in li-
 beralibus cauſis pro libertate, in alijs etiam publicis pro
 reo ſtatutum obtinere. Id quod epistol. lib. 11. reſtatut
 etiam Seneca: Reus, inquit, ſententijs paribus abſolui-
 tur, & ſemper quidquid dubium eſt, humanitas inclināt
 in melius. Et Plutarchi ac aliorum auctoritatibus com-
 probauit Petrus Fabri in d. l. fauorabiliores, & Pontifex
 in cap. cum ſint, de reg. iuris in 6. ita ſtatuit, cum ſint iu-
 ra partium.
 Hæc pertinent c. ex literis, §. penul. de probat. & cap.
 inter dilectos, in fin. de ſide inſtrum. Huius præſumptio-
 nis tōnes commemorat Alc. ex Ariſtotele in probl. ſect.
 29. problem. 13. Quarum prima eſt, quod ꝑ actor ſemper
 poteſt, & debet venire paratus ad iudicium. Reus verò
 non poteſt. Quare cum potuerit reus omiſſe aliqua ad
 ſui

ſui deſenſionem pertinentia, equum eſt ei fauere, & pro
 eo præſumi. Quæ ſanè ratio, & iure noſtro probatur, nē-
 pè l. qui accuſare, C. de edend. §. omnem, in authent. de
 litigioſ. & in c. ſciant, ſecunda queſtio. 8. & tradunt Spe-
 cul. in tit. de præparat. iudicio, §. 1. & Decius in d. l. qui
 accuſare, num. 2. Et huc facit traditio Bart. in l. qui in
 alterius, nu. 3. ff. de reg. iuris. cum dixit, quod licet actor
 ſucceſſerit in ius alterius; attamē non habet iuſtam cau-
 ſam, qua ſi ſuccumbat, excuſetur ab expenſis. Et Bart. ſe-
 cū ſunt ibidem Decius num. 5. & reliqui omnes. Et hæc
 ratiōe factum eſt, vt longiores concedi ſoleant dilatio-
 nes ꝑ reo ad ſe defendēdum, quā actori ad proſequendū
 motam actiōnem, ca. 2. de dilatio. Et apud antiquos ob-
 ſeruatum legitimus, horæ tempus præſtitutum fuiſſe ac-
 cuſatori ad accuſandum, duarum verò horarum reo ad
 ſe defendendum.

Altera eſt ratiō (inquit Ariſtor.) quia talis præſump-
 tio ſuadet liberationem. Quæ quidem ratiō optimè
 probatur in l. Arianus, ff. de actio. & obligatio. Quod au-
 tem humanior ſit, vel ex eo probat Ariſtoteles, quod in
 conſpectu rationum ꝑ melius eſt nocentem abſolvere, quā
 innocentem condemnare, l. abſentem, ff. de penis. Et Ci-
 cero in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, in hæc verba
 ſcribit: Vtilius eſt abſolvere innocentem, quā nocen-
 tem cauſam non dicere. Hinc dicere ſolemus, iudicis of-
 ficium ꝑ exuberare in abſolendo. Ita Io. Andreæ & But-
 rius in c. veniens, de accuſat. & Capol. in conf. 41. licet
 inuitus, in criminalibus. Dec. in l. fauorabiliores, nu. 2.
 de reg. iur. & in conf. 690. in fine. Et reſpondit idē Dec.
 in conf. 185. col. vlt. quod curia maiorem honorem con-
 ſequitur abſolendo, quam condemnando.

Tertiam ratiōnem huius præſumptionis attulit Al-
 ciatus in dicta præſump. 44. num. 4. verſic. ſed tu adde.
 Actor, qui agit aduerſus reum, re vera eius delictum, vel
 culpam, ſeu noxam arguit, ex quo alias reus non com-
 pelleretur luſcipere iudicium, ſi reus paratus, ff. de pro-
 curato. & §. vlt. in Inſtit. de perpet. & tempor. actio. cum
 autem nec delictum, nec culpa, nec mora præſumatur,
 iuxta l. merito, ff. pro ſocio, ſequitur dicendum, pro ip-
 ſo reo ſtare præſumptionem.

Ex hac præſumptione inſertur, quod ob conſpectum
 præſumptionum, reus abſolendus eſt. Ita Bald. in rubr.
 de controuer. ſine ſtit. num. 7. & ibid. Afflicus. col. 13.
 verſ. quartus caſus, Dec. in conf. 58. nu. 8. & Ceph. in
 conf. 4. num. 31. ſi iudex in ꝑ ſententia abſolut, & con-
 demnet vna ſimul, in hac perplexitate potiorem eſſe ab-
 ſolutionem. Ita Bald. in l. 1. nu. 18. C. de furſis. Cardin.
 in conſil. 29. col. 6. & Crauet. in reſpon. pro republ. Sau-
 liani, num. 104.

Hinc etiam dicimus, q; in dubio ſententia ꝑ debet in-
 terpretari ad fauorem rei, vt minus ſit condemnatus,
 quam ſit poſſibile, l. hæc enim cauſe, ff. de ſuſcept. tutor.
 Alex. in conf. 46. col. 1. lib. 5. Soc. Sen. in conf. 120. col. 2.
 lib. 1. Dec. in conf. 43. col. 1. & Crau. in conf. 47. num. 10.
 & in conf. 188. nu. 2. & reſpondit idem Crau. in conſil. 6.
 nu. 41. auctoritate Baldi in conf. 28. in quodam inſtru-
 mento, lib. 1. verba improbari ſecundum fictionem, vt
 reus excuſetur, atque ita ne puniatur, & hoc ſecutus eſt
 ampliffimus Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad
 Bart. in l. 1. nu. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt,
 vi eximat.

Hinc etiam ſcripſit Abbas in cad. noſtram, de proba-
 8 quod ꝑ licet teſtes actoris ſint aliquantulum digniores
 teſtibus rei, attamē adhuc iudicandum eſt pro reo. Idē
 Abbas in c. forus, de verb. ſignific. annotauit, quod & ſi
 maior fides ꝑ adhibeatur teſtibus masculis, quam femi-
 nis: Hoc tamen locum non habet, quando femina teſti-
 monium dixerunt pro reo. Et traditiones hæc ſecutus
 eſt Marſil. in conſil. 2. num. 19. & num. 21. Huc eſt facti,
 10 quod ſi iudex ꝑ remittit penam reo condemnato, præ-

ſumitur etiam remiſſiſſe infamiam, l. eſt ſeuerior, C. ex
 quib. cauſis infam. irrog. & tradit Luc. de Penna in l. 3.
 in præſump. 13. 2. C. de apochis publ. lib. 10.

11 Extenditur primò, vt locum habeat ꝑ hæc præſump-
 ptio etiā in reo, qui per accidens eſt actor, ſicuti quando
 reus intētare remedium, de quo in l. diffamari, C. de in-
 genuis & manumiffis, vt eſt, qñ is, qui alioqui reus eſſet,
 petit imponi perpetuum ſilentium alicui, qui iactaret ſe
 creditozem eſſe, vel ſi peteret cancellari inſtrum. Nam
 & adhuc ei fauendum eſt in dubio. Ita in ſpecie extendit
 Alciatus in d. reg. 3. præſump. 44. num. 4. verſic. ampli-
 tur iſta præſumptio, ex ſententia Butrij, Felini, & Decij,
 in c. ex literis, de probatio. Idem Decius in conſil. 487.
 & in conf. 686. l. fauorabiliores, num. 2. verſ. & iſta regu-
 la, de reg. iur. & ibid. Cagnol. nu. 4. & nouè Ceſar Con-
 tard. in repet. d. l. diffamari, in queſtionibus nu. 8.

12 Extenditur ſecundò, vt procedat hæc præſumptio et,
 ſi pro ꝑ actor extaret clariōres teſtes. Quocirca ſi accu-
 ſator probaſſet crimen teſtimonio duorum clericorum,
 reus verò contrarium teſtimonio duorum laicorū, fauore
 rei præualebit teſtimonium laicorū. Ita gl. in c. cleri-
 ci, diſt. 81. Bald. in l. data opera, C. de ijs, qui accuſ. non
 poſſunt. Rom. in l. 1. §. vlt. & in l. in illa, ff. de verb. oblig.
 Dec. in d. l. fauorabiliores, num. 1. idem in c. ex literis, de
 probat. & in conf. 564. nu. 2. Idem ſcripſit Alcia. in dict.
 præſump. 44. num. 5. qui aduerſus recentiores in d. cap.
 13 ex literis, intelligit procedere tam in cauſis ꝑ civilibus, quā
 criminalibus, cum eadem militet ratiō utroque in caſu.
 Et multo fortius procedit, quando probationes eſſent
 pares, Nam ſine controuerſia probationes rei præuale-
 bunt. Ita poſt alios plures ſcripſit Dec. in l. qui accuſate,
 num. 16. C. de edend. & in conf. 564. nu. 2.

14 Extenditur tertio hæc præſumptio, vt adeo ꝑ efficaciſ
 ſit contra actorem, vt præſumatur temere, & per calum-
 niam litem mouiſſe, & conſequenter ꝑ quod in expenſis
 condemnari debeat, iuxta l. eum qui temere, ff. de iudic.
 Ita extendit Alciatus in d. præſump. 44. nu. 5. verſ. am-
 pliatur, & tertio, & ibi declarat, quando apparere dica-
 tur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, vt ab expenſis ab-
 ſolui mereatur. Et ego omnium copioſius diſerui in cō-
 mentarijs de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 177.

15 Extenditur quarto, vt locum habeat etiam, ꝑ quando
 ſiſcus eſt actor, priuatus verò reus conuentus. Nam ad-
 huc pro ipſo reo præſumendum eſt. Ita Comen. Iaf. &
 Zafius in l. pares, ff. de re iudic. & Didac. in lib. 1. variar.
 reſol. cap. 16. nu. 4. in fin.

Declaratur primò hæc præſumptio, vt locum non ha-
 16 beat, quādo actor ꝑ ageret pro cauſa fauorabili, vt puta
 pro libertate, matrimonio, dote, cauſa pia, & ſimilibus.
 Nam tunc fauor illius cauſe præualeat fauori rei conuen-
 ti. Ita declarant poſt alios Iafon in l. de die, in princ. col.
 vlt. verſ. ſecundò principaliter, ff. qui ſatiſd. coga. Dec.
 in d. l. fauorabiliores, num. 3. & ibidem Cagn. nu. 7. de
 reg. iuris, & Alciatus in d. præſumptio. 44. num. 7. Et in-
 ter has cauſas fauorabiles, cōnumerat Iaf. & Dec. cau-
 ſam ſiſci. Quam traditionem exiſtimo veram non eſſe.
 & repugnare reſponſo l. non puto, ff. de iure ſiſci, quam
 alibi explanaui.

Declaratur ſecundò, vt locum non habeat hæc præ-
 17 ſumptio ꝑ in præparatorijs iudicijs. Nā in illis ma-
 gis fauemus actori, quam reo. Ita poſt gl. in c. cum ſunt,
 de reg. iuris in 6. & alios antiquos affirmant Bart. in l.
 de die, in princ. ff. qui ſatiſd. coga. & alios refert ibi-
 dem Iaf. nu. 2. & Dec. in d. l. fauorabiliores, nu. 2. & ibi-
 dem Cagnol. num. 8.

Cæterū à recepta hac opinione diſſentiunt Iaf. in d. l.
 de die, in princ. nu. 2. verſ. nunc aſſume, & Alc. in d. tract.
 præſump. reg. 3. præſump. 44. num. 8. reſpondet Alciat.
 argumētationibus communis opinionis: Iaf. verò mul-
 tis rationibus oſtendit, hanc poſteriore ſententiam,
 quæ